



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXVI. De Circumstantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

vett. *consil.* 936. n. 25. Regn. Sixtin. *inter Consil. Marp. consil.* 14. vol. 2. n. 15.]

Amplia primò, ut circuitus sint vitandi, quando subest æquitas, ut si quis rem meam indebitè detineat, ad ejus restitutionem debet condemnari, quia si ex inepta petitione esset instituenda nova actio, æquius est, ut condemnatio fiat ad tollendum circuitum, quando condemnandus retinet ex titulo lucrativo, Petr. de Anchar. *consil.* 23. n. 11. *vers. ad secundum dubium*, quem refert Card. Tusch. *d. concl.* 229. n. 5.

Amplia secundo, in tantum actum & circuitum frustratorium non esse faciendum, ut licet quis teneatur offerendo deponere cum effectu, tamen si is, cui oblatio est facienda cum consignatione, recusât recipere, non teneatur facere actum frustratorium depositi, quod alias esset necessarium, Cuman. *consil.* 5. *Non revocando.* n. 2. *vers. nec dici potest.* Cravett. *consil.* 331. n. 5. lib. 3. Roland. à Valle. *consil.* 53. n. 26. lib. 1. ubi n. 34. & seq. declarat, nisi is, qui contradicit, habeat justam causam contradicendi, quia tunc offerens debet deponere, licet recuset recipere, refert Card. Tusch. *d. concl.* 229. num. 10.

Limita, quando circuitus non est omnino inutilis, quia tum non evitatur, [Anton. de Mattheis. *tr. de caus. possess.* & *proprict.* num. 19. *vers. non obli.* elegans exemplum occurrit in l. 2. de L. Rhod. de *fact.* ubi gloss. in *verb. agere potest.* l. 33. de *condict. indeb.* l. 60. §. 5. locati.] Card. in d. Clem. Auditor. *quæst.* 14. n. 16. Dec. in l. cum *fundus* 31. §. *servum tuum* 1. n. 5. ff. si *certum pet.* Cravett. *consil.* 376. n. 23. & 24. Surd. *consil.* 52. n. 70. Monter. *decis.* 36. n. 70. Abbas *consil.* 95. In *presenti.* col. 1. in *sine verb.* & si *dicatur.* lib. 1. ubi ait, quod propter bonum obedientia admittitur circuitus inutilis, putà Religiosus non potest transire ad aliam Religionem etiam strictiorem, nisi petita licentia à Superiore, licet illam non obtineat, si detur casus, quod transeat non petita licentia, ille revocatur ad primam Religionem, licet revocatus petita licentia, & non obtenta possit iterum ad eandem arctiorem transire; additque sufficere impotentiam, quod circuitus possit reddi utilis, licet ab adventu non reddatur, refert Cardin.

Tusch. *d. conclusion.* 229.

à n. 15.

CAP. XXVI. De Circumstantia.

Axioma I.

De singulis Circumstantiis subtiliter inquirendum est, cap. licet 9. de *probat.* vid. Heerfort. in *reperit. Jur. Canon.* hac *voc.* & in *voce singula.* Mornac. ad l. 52. §. in *Clivo* 2. ad L. *Aquil.* pag. 282.

Bonus igitur iudex variè ex personis causisque definit. 2. F. 28. §. ad *hac* l. 4. in *fin.* ff. de *incend. ruin. naufr.*

Variant enim circumstantiæ rem. l. 26. §. 12. *vers. Celsus.* de *condict. indeb.* tam in civilibus, quam criminalibus. Ernest. Cothm. 3. *consil.* 39. num. 12.

Sunt autem circumstantiæ variæ, ætas, dignitas, valetudo, necessitas, propositum, personæ, l. 16. §. 1. de *penis.* l. 16. §. 1. l. 38. §. 1. de *oper. lib.* l. 26. §. 12. ff. de *condict. indeb.*

II.

Circumstantia temporis magis attendenda venit, quam loci. l. 5. ff. de *incend. ruin. naufrag.*

CAP. XXVII. De Citatione.

Axioma I.

Quoties Citatio ante præscriptionem completam infinuatur, toties qualibet præscriptio est interrupta. L. 2. C. de *annal. Except.*

Ratio: quia per talem Citationem possidens accipit scientiam rei alienæ, & sic in malâ fide constituitur. l. 10. §. 11. ff. de *hered. petit.*

Limita ex *axiom.* seq.

II.

Toties Citatio interruptit præscriptionem, quoties contra citatum sequitur sententia.

Ratio: quia ex sententiâ demum constat, an justè fuerit citatio decreta, an non. Et sententia confirmat jus citationem impetrantis. *Zotif. ad ff. b. t.* n. 12.

III.

Quoties actus tendit in alicujus præjudicium, toties ille ad hunc actum citandus.

Ratio: quia res inter alios acta aliis non debet præjudicare, nec absenti inferri iniqua conditio. l. 47. de *R.* 7.

Exempl. ita in unione prolium citandi ii, qui succedendi jus habent *Gail. L. 2. obs.* 175. n. 5. ita citandi creditores ad conficiendum Inventarium, quod tamen hodie non amplius observari solet.

IV.

Quoties in morâ nullum periculum, toties in causâ civili nemo realiter citandus.

Ratio: quia apprehensio personæ injuriam infert, adeoque iudici ab eâ abstinendum, si aliud remedium suppeditatur.

Exempl. Debitor ergo fugitivus realiter citari potest, cum etiam privato eum capere liceat. l. 10. §. 16. ff. qui in *fraud. credit.* modò eum ultra 20. horas non detineat. l. 25. ff. ad L. *Jul. de adult.*

Limita, ut procedat, etiam si quis dicat, se veni-